

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

Da sanctis Felice presbitero et ad aucto cxxi

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sanctis Felice et adaucto

quilibet de illo pollice prem vellet accipere. tres sanguinis guttas stillare i linteo supposito stupuerunt. et singuli singulas se meruisse letati sunt. Theodolina regina longobardorum medoene iuxta mediolanum nobile ecclesiam in honore sancti iohannis baptiste destruxit et dirauit. Procedente tempore ut testatur paulus in hist. longobardorum. constantinus qui et constans imperator volens italiam a longobardis eripere a quodam sancto viro qui spiritum prophetie habuit de exitu belli quiescit. Qui nocte orationi vacans mane respondit. Iohanni ecclesiarum regina destruxit. et ipse pro longobardis continue intercedit. et ideo superari non possunt. Veniet tamen tempus quo locus ille despiciet. et tunc superabunt. Quod tempore karoli fuit impletum. Vir quidam magne virtutis ut ait gregorius in dialogo nomine sanctulus cum quendam diaconum a longobardis captum in sua custodia tali conditione recepisset. ut si fugeretur ipse pro eo capitalem suam subiret. coegit predictus sanctulus ipsum diaconum ut fugeretur et se liberaret. Quapropter predictus sanctulus ad decollandum adducitur. et ad hoc fortissimus spiculator. eligitur. de quo dubium non erat quin uno ictu caput eius abscideret. Extensusque collo cum carnifex forti annisu brachium cum ense in altum leuasset. ille protinus ait. Sancte iohannes suscipe illum. Statimque brachium percussoris irrituit. et erecto in celo gladio inflexibile remansit. Prestroque iuramento quod decetero nullum christianum feriret. vir dei pro eo orauit. et brachium statim deposuit.

De sanctis felice presbitero et adaucto A



Felix presbiter et frater suus similiter nomine felix et presbiter dyocleciano et maximiano oblatus sunt. Quorum senior cum ad templum serapis ut ibidem sacrificaret adductus esset insufflatus in facie statue. et primus cecidit. Ductus similiter ad statuam mercurij piter insufflatus. et primus statua cecidit. Ductus tertio ad simulacrum dyane similiter fecit. Tortus igitur in euleo. Ductus est quarto ad arborem sacrilegam ut ibidem immolaret. Qui fixis genibus orauit et in arbore sufflans eam a radice subuertit. et simulacrum cum ara et templo arbore corruente corruit. Quod cum prefectus audisset. cum ibidem decollari precepit. et corpus eius lupis et canibus dereliquit. Tunc quidam in medium repente presiliens christianum se libere confessus est. Ambo igitur se in uicem osculantes ibidem in simul decollati sunt. Christiani vero eius nomen ignorantes eum adauctum vocauerunt. eo quod sancti felix auctus sit ad coronam martirij. Quos cum christianum in fouea quam arbor effecerat sepellissent. pagani eos effodere volentes protinus a dyabolo sunt arrepti. Passi sunt circa annos domini. cclxxxvij.

De sanctis sauiniano et sauina A



Sauinianus et sauina fuerunt filij sauini viri nobilissimi sed pagani. Qui de prima uxore sauinianum genuit. de secunda sauina filiam generauit. et ex nomine suo ambos vocauit. Leges autem sauinianus versus illis asperges me domine etc. quod hoc esset querebat sed intelligere non valebat.